



Decisiones Sacramentales, Theologicæ, Canonicæ, & Legales

In Quibus Tota materia Sacramentorum, Theologiæ Moralis, Juris Canonici, & Quæstiones plurimæ Juris Civilis explicantur, dilucidantur, & traduntur, Eruditionibus, Historiis, & Exemplis adornatæ ; Opus Episcopis, Vicariis, Parochis, Confessariis, aliisque Studiosis utile, ac jucundum In Libris novem ...

De Virtute Ac Sacramento Pœnitentiæ Decisiones

Chiericato, Giovanni Maria

Augustæ Vindelicorum, 1730

Ven. Clero Patavino Aliisque Studiosis Confessariis Auctoris Obtestatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94661](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94661)

VEN. CLERO PATAVINO

Aliisque Studiosis Confessariis

AUCTORIS OBTESTATIO.

Remerem, Decisiones has *De Virtute, ac Sacramento Pœnitentia* re-dhibitioni subjacere, ob tarditatem in eis exhibendis, nisi me il-lud juvaret Axioma, (a) quod hodie omni tempore mora pur-gari potest; & quodcumque ante litis contestationem debi-tor exhibet opus, ad quod tenetur, adversus eum non proce-ditur ultra. Sanè (Studiosissimi) creditores estis Decisionum harum ab A. 1691. quo illas per me propositas, & per Vos studio vestro enucleatas, respon-sionibus vestris ad me transmissis, extendendi, compilandi, ac juris publici faci-endi debitum mihi imposuistis. Hucusq; non exsolvi, pluribus detentus occupa-tionibus, nunc autem illud adimpleo, & non absq; innocenti interusurio in hu-jusmodi dilationis pœnam, eruditionibus scilicet, quæstionibus, historiis, & ex-emplis, ad ornatum Operis ex approbatorum Auctorum lectura collectis, Qui minutiora Horologia fabricant, longiori indigent tempore ad formandam, atq; firmandam rotarum difformiter conformium circumvolutionem, quàm hi, à quibus ferrea, grandiaque extruuntur. Decisiones hæ *De Pœnitentia* minu-tissimo similes sunt Horario; in eis enim restrictæ leguntur innumerae pro-pemodum difficultates, Regulæ, ac documenta, à Scholasticis, Moralibus-que Theologis, ingentibus voluminibus tradita; idcirco ad eas typis man-dandas, non modicis opus fuit labore, ac tempore; mihiq; fidendum, eas benigno vultu, & hilari corde à vobis excipiendas, ac legendas, tan-quàm continentes ea omnia, quæ bonos Confessarios scire decet, brevi-tamen, facili, ac jucundis narrationibus exarata. Restant compilandæ Decisiones de Extrema Unctione, ac de Ordine Sacro, quibus etiam studui-stis, me in Episcopali Curia Præsidente, pro omnium Sacramentorum complemento. Earumdem me debitorem profiteor; at patientiam, & humanitatem vestram pro solutione adjutricem exopto.

(a) Gonzalez in cap. Potuit. n. 3. in fin. de Locat. & Conduct.

NOI REFORMATORI

Dello Studio di Padova.

HAvendo veduto per la fede di revisione, & approbatione del P. F. Raimondo Asperti Inquisitore nel Libro intitolato: *Decisiones de Virtute, ac Sacramento Pœ-nitentia Jo. Clericali J. U. D. Præpositi Patavini, &c.* non v'esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, & parimente per attestato del Segretario Nostro niente contro Principi, & buoni costumi, concedemo Licenza, che possi esser stampato, osservando gl'ordi-ni in materia di Stampe, & presentando le solite copie alle pubbliche Librarie di Venetia, & di Padova.

Dat. 4. Marzo 1702.

Gio: Lando Kav. Proc. Ref.

Francesco Corner Proc. Ref.

Agostino Gadaldini Segret.

INDEX